

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Debentur augustis Literatorum Manibus augusta Simulacra & literati Lapides
Quam ob rem substite, Viator ... Augustus Varenius Serenis. Duc. Meklenb.
Professor ...**

Lubecae: Schmalhertzius, 1684

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81257124X>

Druck Freier  Zugang






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn81257124X/phys_0001](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn81257124X/phys_0001)

DFG



Debentur augustis Literatorum Manibus augusta Simulacra & literati Lapidē

Quam ob rem subsiste, VIATOR, ut legas: lege, ut lugeas

In hoc angustō pōsta est Locō augusta Theologorum Pharus

AUGUSTUS VARENIUS

SereniS. Duc. Meklenb. Professor, Confistorii Assessor & Acad. Rostoch. Senior

In quō unō omnia fuerunt, quæ in omnibus singula mirari solent
Augusta Forma, Ingenium, Ratio, Memoria, Literatura, Cogitatio, Eloquium, Diligentia

Cumque in nullo non fuerit Maximus, dubites: in quō major esse potuerit

Disciplinas aptus ad omnes, propensus ad singulas

Virtutem, quam Senex exhibuit, promisit Juvenis
Bonas Artes edocet, melioribus discipulos suos imbuit, quām ipse fuerat imbutus

Romanam & Orientis Linguis non modò callebat; sed loquebatur, ut suam

Græcos & Latinos Autores, Poëtas, Oratores in primis annis sic edidicerat

Ut in postremis ad unguem recitaret Poëta ipse & Orator egregius

Totâ Vitâ totus in perscrutandis S. Bibliis & SS. Patrum monumentis fuit

Hinc optima scripsit, optima dictavit, optimè disputavit

Commentaria in Pentateuchon, Esaiam, Jobum, & plurimos V. ac N. Testamenti Libros

Breviarium Theologicum, & M. Disputationes id loquaci silentio testantur

Verbum Dei, & inde sumtos Libros Symbolicos, unica Fidei Symbola judicans

Non Αὐτόδοξος, Ἐπερόδοξος, κακόδοξος, παρεγίδοξος, ψευδόδοξος.

Sed, quod hodiè rarissimum! ὀρθόδοξος erat

Æquè infensus Hæreticis ac Hæretici DEO

Horum omnium, quotquot nomina habentium, Scripta legens, pellegens, examinans

LUTHERANUS VIXIT ET MORTUUS EST

Homine major in Divina exsurgens ita Deum descripsisset, ac si vidisset

Nisi angustias suas augustum etiam sensisset Ingenium

Non tamen aliis AUGUSTO VARENIO augustius de Religione dixit

Atheis & Fanaticis lapides semper locutus

Deficiente Naturâ nulli deficiens

Ita se Professorem esse meminerat, ut Senem se esse nesciret

Hinc nuperam multò frigidissimam Hyemem præ summō Disputandi fervore non sentiens

Post tot noctes diesque, negotiosō Otiō literario peractos

Ingenti Orthodoxorum Theologorum, Academiæ Rostochiensis, & Suorum Lucu
Mortis frigus nocte mediâ inter XV. & XVI. Martii Anno M. DC. LXXXIV. sensit

Et sub literato hōc Lapide compositus in pace quiescit

Lapis lapidi loquor, nisi tanti Viri Manibus bene appreceris!

Perpende insuper, Viator,

Lutheranorum Fata Theologorum,

Dum Superior Saxonia SCHERTZERUM: Inferior VARENIUM luget

Uterque credens, Majorum Nequitiam nostram esse majorem

Cum Mortuis, quam cum perditis vivere maluit

Servet interea Deus Ecclesiam suam & Orthodoxos Ecclesiæ Antistites

Servet etiam Gustrovio Siricium, Rostochio Schomerum!


B. M. posuit

C. F. K.

LUBECÆ,
Typis Mauriti Schmalhertzii.

This image shows the bottom edge of a historical document. The paper is off-white or light cream, showing significant signs of age and wear. There are several horizontal creases across the surface, particularly towards the top. A prominent vertical fold line runs down the left side. The paper has a slightly mottled texture with various shades of yellow and brown, indicating age and possibly water damage. Some very faint, illegible markings or smudges are visible, though they do not form any readable text.





Debentur augustis Literatorum Manibus augusta Simulacra & literati Lapes

Quam ob rem subsiste, VIATOR, ut legas: lege, ut lugeas

In hoc angustō pōsta est Locō augusta Theologorum Pharū

AUGUSTUS VARENIUS

SerenīS. Duc. Meklenb. Professor, Consistorii Assessor & Acad. Rostoch. Senior

In quō unō omnia fuerunt, quæ in omnibus singula mirari solent
Augusta Forma, Ingenium, Ratio, Memoria, Literatura, Cogitatio, Eloquium, Diligentia

Cumq̄e in nullo non fuerit Maximus, dubites: in quō major esse potuerit

Disciplinas aptus ad omnes, propensus ad singulas

Virtutem, quam Senex exhibuit, promisit Juvenis

Bonas Artes edoctus, melioribus discipulos suos imbuit, quām ipse fuerat imbutus

Romanam & Orientis Linguis non modò callebat; sed loquebatur, ut suam
Gr̄cos & Latinos Autores, Poētas, Oratores in prīmis annis sic edidicerat

Ut in postremis ad unguem recitaret Poēta ipse & Orator egregius

Totā Vitā totus in perscrutandis S. Bibliis & SS. Patrum monumentis fuit

Hinc' optima scripsit, optima dictavit, optimè disputavit

Commentaria in Pentateuchon, Esaiam, Jobum, & plurimos V. ac N. Testamenti Libros

Breviarium Theologicum, & M. Disputationes id loquaci silentio testantur

Verbum Dei, & inde sumtos Libros Symbolicos, unica Fidei Symbola judicans

Non Aντίδοξος, Επρόδοξος, κακόδοξος, παράδοξος, Ψευδόδοξος.

Sed, quod hodiē rarissimum! ορθόδοξος erat

Æquè infensus Hæreticis ac Hæretici DEO

Horum omnium, quotquot nomina habentium, Scripta legens, pellegens, examinans

LUTHERANUS VIXIT ET MORTUUS EST

Homine major in Divina exsurgens ita Deum descripsisset, ac si vidisset

Nisi angustias suas augustum etiam sensisset Ingenium

Non tamen aliis AUGUSTO VARENIO augustiū de Religione dixit

Atheis & Fanaticis lapides semper locutus

Deficiente Naturā nulli deficiens

Ita se Professorem esse meminerat, ut Senem se esse nesciret

Hinc nuperam multō frigidissimam Hyemem præ summō Disputandi fervore non sentiens


Post tot noctes diesque, negotiosō Otiō literario peractos

Ingenti Orthodoxorum Theologorum, Academiæ Rostochiensis, & Suorum Luctu
Mortis frigus nocte mediâ inter XV. & XVI. Martii Anno M. DC. LXXXIV. sensit

Et sub literato hōc Lapide compositus in pace quiescit

Lapis lapidi loquor, nisi tanti Viri Manibus bene appreceris!

Perpende insuper, Viator.



Servet interea Deus Ecclesiam suam & Orthodoxos Ecclesiæ Antistites

Server etiam Gustrovio Siricum, Rostochio Schomerum!

B. M. posuit

C. F. K.

LUBECÆ,
Typis Mauriti Schmalhertzii.